- Vectigalia solui non debent** de illis rebus quas aliquis adducit sui, & suorum causa, & an credatur iuramento ipsius, & quando, vi. gl. 6. ibid.
- Et quid si modo supradicto emerit**, an si postea mutato proposito rem vendat, an aliquid soluere teneatur, vid. ibid. in gl. 8.
- Vectigalia** an solui debeant de his quæ portantur pro domo faciēda, vel reficiēda, vid. ibid. in gl. 9.
- Vectigal ex quibus rebus non debeatur**, vide glossas. dict. l. 5. tituli. 7. partita quinta.
- Et quid de mercatoribus** deuiantibus a certo, & consueto itinere, vt vectigalia defraudarent, vid. ibid. in gl. 13.
- Et an debeant omnes res** suæ confiscari, & quando, vide glossam. 1. l. 6. ibidem.
- Et an & quando ista procedant** in minoribus. 25. annorum, vide ibi. glossam. 3. & 4.
- Et an sic occultantes rem** illam perdant ipso iure, vel post sententiā, vid. ibid. glo. 5.
- Vectigal si non fuerit solutum** si postea res de qua debebatur pereat, an dominus ad æstimationem teneatur, vide glossam. 8. dict. l. 6. titulo. 7. partita. 5.
- Vectigalia si de nouo imponantur** in aliqua ciuitate, an ciuitas illam possit pretendere tertiam partem pro suis necessitatibus, vide gl. 2. l. 7. per tex. ibi. tit. 7. par. 5.
- Vectigal de nouo imponi dicitur**, siue de nouo imponatur, siue ultra solitum augeatur, vid. glo. 1. l. 9. tit. 7. part. 5.
- Vectigalia a solo principe de nouo constitui possunt**, vide glossam secundam. dict. l. 9.
- Vectigalia noua sine maxima causa institui non debent**, & an peccent Reges aliter imponentes, vid. gl. 6. ibid.
- Vectigalia si ab exactore ipsorum exigatur sine causa sed tatum quia est impolitica**, an peccet, vid. d. gl. 6.
- Et an quando impetratur rescriptum principis ad imponendum vectigal de nouo** in aliqua ciuitate debeat sibi fieri mentio de alijs vectigalibus quibus ciuitas est onerata sub pœna subreptionis, vid. ibid. in gl. 7.
- Vectigal**, & an consuetudo immemorialis æquipolleat priuilegio in imponendis vectigalibus de nouo in aliquo loco, vid. d. gl. 7.
- Vectigal an possit imponi mulieribus in lupanari existentibus**, vid. gl. 2. l. 2. tit. 22. par. 7.
- VELLE** præsumitur quis illud quod est consuetum fieri, vi. gl. 13. in medi. l. 2. tit. 15. par. 2.
- Velle non creditur qui obsequitur imperio patris, vel domini**, vid. gl. 1. l. 9. per tex. ibi. tit. 34. par. 7.
- VENARE** non licet episcopis siue clericis, & quando sic, vid. gl. 10. l. 57. tituli. 5. par. 1.
- Venare an possit clericus** in minoribus ordinibus constitutus, vid. gl. 10. l. 47. tit. 6. par. 1.
- Venare an possit quilibet** in quibuscūque locis, & an dominus istud prohibere possit, vid. gl. 4. l. 6. tit. 28. par. 3.
- Venare licet omnibus**, & est iusta, & quare, & qualiter acquirant dominiam ferarum quas capiunt, vide glossam secundam. l. 17. tituli. 28. partita tertia.
- Venare non potest quis in fundo alieno post domini fundi prohibitionē** alias quod capierit ipsius domini, vid. gl. 3. d. l. 17.
- VENATOR** si insequatur feram vulneratam, & illa ab alio capiatur, an sua sit, vid. gl. 1. l. 21. tit. 28. par. 3.
- Venatores de rebus venatis**, an soluant decimam, & cui ecclesiz, vi. gl. 4. l. 3. tit. 20. par. 1.
- Venatores**, & de bonis venationis, vid. gl. 1. per tex. ibi. l. 20. titulo. 5. partita secunda.
- VENDITIO.**
- | | |
|-----------------------------|-------------------------------|
| Nominis debitoris. | ditur. |
| Sub pœna dupli. | Villæ, vel ciuitatis. |
| Cum clausula. | Rei dotalis. |
| Rei minoris. | Maiores, vel feudalis. |
| Rei mobilis, vel immobilis. | Prohibita. |
| | Retraçtatur, vel rescinditur. |
- VENDITIO** alicuius rei pro debito fiscali, an emptor habeat fiscum sibi obligatum pro euictione, vid. gl. 1. l. 23. tit. 18. par. 3.
- Venditio** alicuius rei semper præsumitur esse libera, & quod talis res quicquam non debet, vid. gl. 11. d. l. 56. tit. 18. par. 3.
- Venditio prædij minoris**, an fieri debeat præcedente subhastatione, & quid in rebus mobilibus, vid. gl. 2. l. 60. tit. 18. par. 3.
- Et an in tali alienatione decretum iudicis sit necessarium**, & quando, vid. glo. 8. ibidem.
- Venditio facta per patres prædicatores seu alios mendicantes extra fratres** minores qualiter faciēda sit, vid. gl. 5. l. 63. tit. 18. par. 3.
- Venditio dicitur** quando ibidem adfuit rei æstimatio, & pretium alias dicitur permutatio, vid. gl. 1. l. 66. tit. 18. par. 3.
- Venditio an fieri possit de re in feudum data**, & quando, vid. gl. 15. l. 68. tit. 18. par. 3.
- Venditio salis** sub quo pretio fieri debeat per priuatos apud quos sal inuenta fuit salinarijs a Rege conducentibus, vide glossam. 3. l. 11. tit. 28. partita. 3.
- Venditio rei cum traditione non sufficit ad transferendum dominium** nisi pretium fuerit solutum, vid. gl. 2. l. 46. tit. 28. par. 3.
- Et quid si venditori sit facta fides de pretio** intra decem dies, an si tunc non soluat rem quam tradidit vendicare possit, vid. gl. 3. ibid.
- Et an in venditione gabellæ fructuum**, an veniat vsusfructus hominum qui nascuntur, vid. gl. 3. l. 23. tit. 31. par. 3.
- Venditio facta ecclesiz**, an sortiatur naturam contractus mutui, vid. glo. 2. l. 3. tit. 1. par. 5.
- Venditio si nulla est sine pretio**, & an sufficiat confessio venditoris de recepto si non declaratur, vid. gl. 1. l. 1. tit. 5. par. 5.
- Et an idem erit si testes contra venditorem ita deponerent**, vel contra tertium, vid. ibid.
- Venditio an teneat** quando venditor confitetur se vendidisse iusto pretio ex quo pretium non declaratur, vid. d. gl. 1. l. 1. tit. 5. par. 5.
- Sed an in isto casu dabitur actio præscriptis verbis** si emptor, vel locator fructus est re, vid. ibidem.
- Et an tunc succedat arbitrium boni viri in declarando pretium ex qualitate rei**, & quando, vid. ibid.
- Venditio rei facta inuito domino** quando valeat, vel non, vid. plures casus per gl. 1. l. 3. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.
- Venditio an & quando non teneat eo quod scriptura non interuenit**, vide gl. 1. l. 6. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.
- Et qualiter hoc intelligatur**, vid. gl. 2. ibid.
- Venditio in qua arra interuenit**, an teneat si venditor pro ea nolit stare si perdat arram, vid. gl. 1. l. 7. tit. 5. par. 5.
- Et an tunc emptor possit contra venditorem agere ad interesse**, vel non, vid. d. glo. 1.
- Venditio rei si in omnibus sit perfecta** tunc emptor ad pretium venditor verò ad tradendum compelluntur, vid. gl. 4. d. l. 7.
- Et an in venditione requiratur quod simul præsteretur consensus ementis, & vendentis**, vel ex intervallo, vid. gl. 1. l. 8. tit. 5. par. 5.
- Venditio fieri potest etiam si res quæ venditur non sit præsens**, vid. gl. 2. l. 8. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.
- Venditio an valeat si pretium ponatur in voluntatem alterius contrahentium**, & quando, vid. gl. 2. l. 9. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.
- Et quid si pretium ponatur in manu tertij**, an tunc venditio teneat nominato ab illo pretio, & quando non, vid. gl. 3. & ibid. per illum tex.
- Et quid si nominando pretium vni ex contrahentibus multum læsit quid tunc fieri debeat**, vid. ibid. in gl. 5.
- Et quid si antequam nominet pretium moriatur ipse tertius**, vel aliquis ex contrahentibus, vel bona venditoris, an declarationem arbitrij confiscentur, vide ibid. in gl. 6.
- Venditio quæ deficit in substantialibus venditionis non tenet secus si in accidentalibus**, vid. gl. 2. l. 10. tit. 5. par. 5.
- Venditio an teneat** quando fit sine se quæ venditur, & quando, & qualiter hoc intelligatur, vide glossam. 1. & 2. l. 11. per tex. ibi. titulo quinto. partita. 5.
- Venditio fructuum ex aliqua re** valet si ex tali re fructus percipi solent licet in pauca quantitate, vid. gl. 3. & 4. ibi. per illum tex.
- Venditio quæ consistit in sola spe**, an valeat, vid. ibidem. in glossa. 5. per tex. ibi.

Septem Partitarum.

Venditio spei quam quis habet succedendi, quando valeat, vel non, & an iusta sit, vid. gl. 1. 2. 3. & 4. l. 13. tit. 5. par. 5.

Venditio rei combusta, vel destructa non valet licet vendens credat non destructam neque combustam, vid. gl. 1. l. 14. tit. 5. par. 5.

Et quid si vendantur fructus ex aliqua re qui tempore emptionis erat de uastati, vid. ibid. in gl. 2.

Venditio rei quæ non est tempore emptionis nulla est neque valet, vide gl. 4. & 7. cum alijs sibi per illum tex. in d. l. 14. tit. 5. par. 5.

Nulla facta distinctione scientiæ vel ignorantia, vid. ibid.

Venditio si tenuit, & ex aliqua causa competat actio exempto iuratur tunc in litem, vid. glo. 6. ibi.

Venditio an tenere possit pro parte, vid. gl. 8. ibid.

Venditio an teneat in totum quando venditor, & emptor scierunt quod res erat in totum perempta licet tunc venditor illud emptori non dixerit, vid. gl. 9. d. l. 14.

Venditio facta de rebus publicis ciuitatis quæ sunt in usu publico, & commercio ex quocunque titulo habitis, an & quando teneat, vid. glo. 2. l. 15. tit. 5. par. 5.

Et quando ibidem sufficiat licentia Regis, vel præsidis ciuitatis ita ut per talem licentiam venditio teneat, vid. ibid.

Et an idem sit dicendum siue ciuitas rem quam vendidit habuerit ex titulo donationis vel legati, vel ex alio quocunque titul. vid. d. gl. 2.

Venditio rei propriæ ciuitatis valet, & tenet de licentia præsidis, & aliorum dummodo non sit in usu publico, vid. d. gl. 2.

Venditio iuris patronatus cum vniuersitate, quando teneat, & quando non, vid. gl. 4. d. l. 15. & gl. 8. l. 8. tit. 5. par. 1.

Venditio facta de affixis domus non tenet, aliquando vero sic, vid. glo. 1. cum alijs sibi, per illum tex. l. 16. tit. 5. par. 5.

Venditio vnius metalis, vel alterius rei vna pro alia, an teneat, vid. gl. l. 21. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.

Venditio perfecta qualis esse dicatur, vide glossam. 3. & 4. l. 23. titulo. 5. partita. 5.

Et si nomen vendatur cuius sit periculum, vid. d. gl. 4. in fi.

Venditio an sit perfecta licet traditio rei non interueniat, & quid si res empta fignetur, vid. ibid. in gl. 8.

Venditio facta in genere vini, vel alterius speciei, an ibi cadat tractatus de peremptione, vid. gl. 1. l. 24. tit. 5. par. 5.

Venditio an videatur facta in specie, vel ad mensuram, & qualis sit in hoc ratio differentia quando generaliter dictum fuit, vid. gl. 2. ibid.

Venditio rei non ad mensuram ad quem tunc pertineat damnum, vel lucrum, an venditori, vel emptori, vide glossam. 7. per tex. ibi. l. 25. titul. 5. partita. 5.

Et quid erit si venditio facta sit sub conditione, vid. gl. 1. & 2. per text. ibi. l. 26. tit. 5. par. 5.

Venditio domus simpliciter facta, an videatur facta de puteo communi inter duas domos venditam, scilicet, & aliam, vid. gl. 3. l. 28. tit. 5. part. 5.

Venditio facta de aliquo oliueto, vel vinea, an in tali venditione veniat molendinum pro oleo, vel torcular pro vuis quod ibi est in tali re vendita, vid. glo. 1. 31. tit. 5. par. 5.

Venditio an sit vel locatio qualiter istud cognoscatur, vid. gl. 4. in fi. l. 34. titulo. 5. par. 5.

Venditio si fiat sub pacto adiectionis in diem si alius meliorem conditionem attulerit, an tunc primus emptor admittatur contra secundum volens rem eodem pretio, & meioratione, vid. gl. 1. l. 40. tit. 5. par. 5.

Venditio facta sub pacto adiectionis in diem, an debeat fieri in rem, vel in personam, vid. d. gl. 1.

Et an venditione prohibita per venditorem emptori, an videatur prohibita donatio, vel permutatio, vid. gl. 2. l. 43. tit. 5. par. 5.

Venditio sub pacto ne ab emptore manumittatur quando valeat, vid. gl. 3. l. 46. tit. 5. par. 5.

Venditio procuratoris, an valeat si facta sit postquam fuit a domino reuocatum mandatum, vid. gl. 4. l. 51. tit. 5. par. 5.

Et an requiratur quod emptor de reuocatione mandati certioratur, & quando sic, vid. ibid.

Venditio rei a iudice facta pro executione sententiæ, an valeat ita ut emptor sit rei emptæ dominus ita ac si dominus illam rem sibi vendidisset, vid. gl. 1. cum alijs. l. 52. tit. 5. par. 5.

Venditio an possit fieri per exactorem tributorum de propria ipsius auctoritate, & quid hodie, vid. ibid. in gl. 2.

Et an tunc requiratur quod prius res subhastetur siue res quæ venditur sit mobilis siue immobilis, vid. ibid. in gl. 3.

Venditio si sit valida, & solennis facit dominium rei emptæ in emptorē transire alias non, vid. gl. 6. in fine. l. 53. tit. 5. par. 5.

Et quid si venditio a principe facta sit de re communi quam sic habet cum alio, & quid si illam ignorauerit, siue res sit diuidua siue indiuidua, vide per gl. 7. d. l. 53.

Venditio rei communis valet licet fiat in quocunque extraneo, vid. gl. 1. l. 55. tit. 5. par. 5.

Venditio an possit, an vero domino ratificari quare res quæ ab alio fuit vendita iam est præscripta, vel fuit no. tua, vel est ipsius rei difficilis per sequutio, & an verus dominus possit agere ad rem præscriptam quando vendens non est soluendo, vid. gl. 4. l. 54. tit. 5. par. 5.

Venditio si fiat ex rei proprietate quam aliquis habet ex aliqua re, an usufructuarius tanquam habens partem in illa re possit illam retrahere, vid. gl. 2. q. 1. l. 55. tit. 5. par. 5.

Et quid in usufruario vel usufructuario qui vendit partem quam habet in usufructu, an consors illius iuris admittatur ad retractum, vid. ibid.

Et quid in vendente actionem sua quæcunque sit si habeat consortes in illa re, an ipsi admittantur ad partem consortis, vid. ibid. in fi.

Et quid si dominus directi domini illud vendat, an habens vtile habeat ius retrahendi, vid. d. gl. 2. in q. 2.

Venditio & an verbum illud comprehendat quamcunque alienationem, vid. glo. 4. d. l. 55.

Venditio mera in quo differat a datione in solutum, vide dictam glo. 4. dictæ. l. 55.

Et quid si res detur in solutum pro pecunia debita, vid. ibid.

Venditio si fiat ex aliqua re, an consors in minima parte admittatur ad retrahendum, vid. ibid. in gl. 5.

Venditio an potius omnibus confortibus fieri debeat quam vni ex eistatim, & quare, & quando vendens ad hoc teneatur, vid. ibid.

Venditio si fiat cum pretio excessiuo, & ultra iustum valorem, an consors qui vult retrahere illud dare teneatur, vid. gl. 7. ibid.

Et quid si venditio fiat extraneo, an vicinus habeat illud ius retrahendi, vid. ibid. in gl. 8. d. l. 55. tit. 5. par. 5.

Et quid si venditio facta sit clerico, vel ecclesie, vide ibid.

Venditio non valet vbi fuit deceptus emptor ultra dimidiam iusti pretij, & an idem sit in contractibus locationis, vel permutationis, vel in contractibus in nominatis, vel in feudo, & emphyteota, vel in similibus, vide gl. 4. l. 56. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.

Et intra quantum tempus debeat remedium istud intentari, vide d. glo. 4. in prin.

Et quando non possit allegari nec habeat locum talis exceptio ultra dimidiam, vid. ibid. post med. cum alijs glossis illius legis.

Et quod tempus debeat inspicere in hac deceptione, an tempus contractus, vel præsens, vid. ibid. in gl. 5.

Et quæ veniant in consideratione quando de hac exceptione tractatur, vid. ibid. in gl. 6.

Et qualiter in hoc concipiatur libellus, & quid si primus emptor alienauit in alium contra quem tunc agatur, vid. gl. 7. ibid.

Et si emptor qui deceptus venditorem ultra dimidiam eligat rem restituere, an cum fructibus restituere debeat, vid. ibi. gl. 8.

Et quid si induxerit vendentem, ut sibi venderet minus iusto pretio, an tunc teneatur rem restituere vel teneatur ad pretij supplementum, vide dict. gl. 8.

Venditio si sit perfecta, an venditor possit agere ad supplementum veri pretij quando ultra dimidiam fuit deceptus, vid. ibid. in gl. 10.

Et an idem sit in emptore decepto quod in venditore dicendum sit, vide dict. gl. 10. ibid.

Et quid si ibidem interuenit iuramentum, vi. gl. 11. d. l. 56. tit. 5. par. 5.

Venditio nulla est quando dolus dedit causam contractui, vi. gl. 1. l. 57. tit. 5. par. 5.

Et quid si dolus non dedit formam contractui sed modo contrahendi, an tunc contractus sit ipso iure nullus, vid. ibid. in gl. 2.

Et quid si deceptus velit stare contractui quando in contractu dolus interuenit, vid. d. gl. 2. d. l. 57.

Et quid de dolo danti causam constitutioni dotis, vel matrimonio spirituali, vel carnali, vel transactioni, vid. ibid.

Venditione in fictam arguit pretium confessatum, vid. glo. 1. l. 59. titul. 5. partita. 5.

Venditio siue sit perfecta siue non tunc erronea subscriptio non nocet, & quare, vid. gl. 1. l. 60. tit. 5. par. 5.

Venditio an & quando teneat si venditor tempore venditionis nihil emptori dixit de seruitute vel tributo quod illa res debebat, vid. gl. 1. l. 63. tit. 5. par. 5.

Et an sit in electione emptoris stare emptioni, vel agere ad interesse, vide ibid. glo. 4.

Venditio serui vel animalis non detecto eius vitio an teneat, vid. gl. 1. l. 64. & 65. tit. 5. par. 5.

Et quid si vitium sit patens, & quid si emptor supine ignorauit, & venditor sciuit, vid. gl. 1. l. 66. tit. 5. par. 5.

Venditio si resoluat ex causa necessaria, vel ex causa voluntaria, an tunc pignus alieni datum teneat, & quando non, vid. gl. 1. l. 67. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.

Venditio an dicatur quando vna res datur pro alia si ibidem pecunia interuenit, vel an sit permutatio, vid. gl. 1. l. 68. tit. 6. par. 5.

Venditio æqualis debet esse curiali, & incolis locorum, vide glossam. l. 27. titulo. 8.

Index materiarum

- tino. & partita. 5.
Venditio facta per emphyteotā de re emphyteotica quando valeat, vide gl. 1. 9. per tex. ibi. tit. 8. par. 5.
Venditio facta pro valde minori pretio, an præsumatur in creditorū fraudem facta, vid. gl. 4. l. 7. tit. 15. par. 5.
Venditio rerum proditoris per ipsum facta, an valeat, vel non, vid. glo. 2. & 3. l. 4. per tex. ibi. tit. 2. par. 7.
Venditio facta de re propria in ipsum met vendentem nulla est, & qua de causa vid. gl. 1. l. 8. tit. 5. par. 5.
VENDITIO SVB POENA DVPLI, & venditiones quasi semper sunt sub poena dupli, & an habeant tacitam conditionem si euincantur, vid. gl. 2. l. 56. tit. 18. par. 3.
Venditio sub poena dupli est multum assidua fieri, & quid si de duplo nihil fuerit dictum, & an simplum computetur in duplo, vid. d. gloss. 12. dict. c. l. 56.
VENDITIO CVM CLAVS VLA facta, scilicet (cum omnibus iuribus & pertinentijs, & cū accessibus) quid clausulæ istæ importent, vid. de glo. 4. 5. & 6. l. 56. tit. 18. par. 3.
Venditio facta cū clausula scilicet (& toties poena solvatur quoties, & c.) quid verba ista importent, vid. gl. 13. d. l. 56.
VENDITIO REI MINORIS, & an venditio prædij minoris fieri debeat præcedente subhastatione, & quid in rebus mobiliibus, vid. gl. 2. l. 60. tit. 18. par. 3.
Et an in tali alienatione decretum iudicis sit necessarium, & quando, vid. de ibi. glo. 8.
Venditio de re minoris facta præsumitur iuste facta si sibi autoritas iudicis adsit, & quando non teneat, vid. gl. 8. l. 60. tit. 18. par. 3.
Et qualiter solutio tutori facienda sit, & an confessioni suæ tantum standum sit de recepto, vid. gl. 5. d. l. 60. tit. 18. par. 3.
Venditio rei minoris vt alia res magis utilis ematur valet, & tenet, vid. gl. 9. dict. c. l. 60.
Venditio rerum minoris sive mobiliū, sive immobiliū a tutore facta an valeat, vid. gl. 3. l. 4. tit. 5. par. 5.
Et debet fieri cum iudicis decreto, & que in ista cognitione debeant interuenire, vid. ibid. in gl. 6. & 7.
Et quid si decretum iudicis inueniatur fuisse interpositum, an præsumatur fuisse omnes solennitates adhibitas, vid. ibidem.
Venditio, & an aduersus venditionem rei minoris fisci, vel ecclesiæ, vel reipublice habeat locum restitutio quando alius plus pro illa re offert si illa publicæ subhastata fuit, & quando, vid. gl. 3. & 4. per tex. ibi. tit. 19. partita. 6.
Venditio rei minoris, vel ecclesiæ a principe facta, an teneat cum causa, vel sine ea credens illam rem suam, vel sciens alienā, vel faciens de plenitudine potestatis, & quid præsumetur in dubio, & quid si talis res donetur ecclesiæ, vid. gl. 1. l. 53. tit. 5. par. 7.
VENDITIO REI MOBILIS, vel immobilis, & venditio rei immobilis ecclesiæ quibus interuenientibus valida sit, vid. gl. 1. & 5. l. 63. tit. 18. partita. 3.
Venditio rerum mobilium seu immobiliū minoris a tutore facta, an valeat, vid. gl. 3. l. 4. tit. 5. par. 5.
Et debet fieri mentio cum iudicis decreto, & que in ista cognitione debeant interuenire, vid. ibid. in gl. 6. & 7.
Et quid si decretum iudicis inueniatur fuisse interpositum, an præsumatur fuisse omnes solennitates adhibitas, vid. ibidem.
VENDITIO NOMINIS debitoris, an ipso sciens, & de eius consensu fieri debeat, vid. gl. 2. l. 4. tit. 18. par. 3.
Et an in tali venditione nominis titulus venditionis exprimendus sit, vid. de ibi. in gl. 3.
Et an ille in quem actio cessā fuit expensas damna, & poenam petere possit, vid. ibidem. in gl. 6. d. l. 64.
Venditione nominis facta cuius sit periculum, vid. gl. 4. in fine. l. 23. tit. 5. partita. 5.
VENDITIO VILLAE vel ciuitatis seu castri, an ibidem iurisdicatio data videatur, & an ius patronatus, vid. gl. 8. l. 68. tit. 18. par. 3.
Venditio villæ seu castri cum suo territorio, an intelligatur facta cum mobilibus sitilibus, & syluestribus, vid. gl. 10. d. l. 68.
Venditio facta de rebus publicis ciuitatis quæ sunt in vsu publico & commercio ex quocunque titulo habitis, an & quando, vid. glo. 2. l. 15. tit. 5. partita. 5.
Et quando ibidem sufficiat licentia Regis, vel præsidis ciuitatis vt per talem licentiam venditio teneat, vid. ibidem.
Et an idem sit dicendum siue ciuitas rem quare vendit habuerit ex titulo donationis, vel legati, vel ex aliquoque titulo, vid. d. gl. 2.
Venditio rei propriæ ciuitatis valet, & tenet de licentia præsidis, & aliorū dummodo non sit in vsu publico, vid. ibid. in d. gl. 2.
Venditio iuris patronatus cum vniuersitate quando teneat, & quando non, vid. gl. 4. d. l. 15. & gl. 8. l. 8. tit. 15. par. 1.
Venditio villæ, vel castri vbi adest ius patronatus, an tale ius patronatus transeat statim licet de eo nihil dictum, vid. gl. 5. d. l. 15.
VENDITIO REI DOTALIS æstimata per maritum quando valeat, quando vero non, vid. gl. 4. l. 7. tit. 11. par. 4.
VENDITIO MAIORIÆ, vel feudalis & an fieri possit venditio de re in feudum data, & quando, vid. gl. 15. l. 68. tit. 18. par. 3.
Venditio rei maioris prohibita alienari licita est quando in meliorem commutat vendens, vid. gl. 1. col. 1. q. 3. l. 10. tit. 26. par. 4.
Venditio an prohibita videatur si in maioria simpliciter permutatio fuerit prohibita, vid. ibid. in q. 34.
VENDITIO PROHIBITA & venditio facta alicuius rei prohibita ne vendatur extra familiam, an & quando valeat licet extra familiam alienetur, vid. gl. 1. col. 1. q. 6. l. 10. tit. 25. par. 4.
Venditio rei maioris prohibita alienari licita est quando in meliorem commutat vendens, vid. ibid. in q. 32.
Venditio an prohibita videatur si in maioria simpliciter permutatio fuerit prohibita, vid. ibid. in q. 34.
VENDITIO RETRACTATVR vel rescinditur, & venditio, an & quando rescindi debeat si res in plus quam valet vendatur, vid. gl. 3. per tex. ibi. l. 16. tit. 11. par. 4. & gl. 1. 56. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.
Venditio si retractetur per l. 2. C. de resc. vend. an pretium quod deficit suppleri debeat per fratres illius in quem facta fuit maioria, vid. glo. 1. col. 4. q. 37. l. 11. tit. 26. par. 4.
Venditio rescinditur si debitor, vel Regis tributarius fraudulenter rem suam vendiderit, & quid in rusticis vendentibus res suas dominis suis, & quid de inculis seu assumentibus ordinem vel habitum in fraudem tributorum, vel de donatione facta in fraudem ipsorum, siue a patre in filium siue ab alio extraneo fiat, gl. 1. l. 56. tit. 5. par. 5.
VENDITIO DE RE ALIENA scienter facta, an valeat, & quid si res sit furtiua, & an tunc venditor teneatur tradere, & an tunc emptor possit ex tali titulo vsucapere, vid. gl. 3. l. 19. tit. 5. par. 5.
Et quando possit vendi res aliena sine vitio furti, vid. ibid. remissiue.
Venditio facta de re aliena dicendo illam esse titij tunc vendens non suo sed procuratorio nomine vendere videtur, vid. d. gl. 1.
Venditio si sit facta de re aliena, & postea illa res euincatur ab emptore qui sciens illam alienam emit cui tunc pretium illud applicabitur siue quando contractus est a iure prohibitus siue quando ita non est, vid. de gl. 3. dict. c. l. 19.
Et quid si sint duo emotores rei alienæ, & vnus ex eis sit sciens alius vero sit ignorans, vid. ibid.
Et quid si emptor fuit stipulatus sibi reddi pretium re euicta, an si sciens rem illam esse alienam emit, & postea euincatur, an sibi restituetur pretium, & quid in contractibus a iure interdictis, vid. ibid. in gl. 4. d. l. 19. per tex. ibi.
Venditio de re aliena a principe facta cum causa, vel sine ea credens illam rem esse suam, vel sciens alienam faciens tamen de plenitudine potestatis, an talis venditio teneat, & quid præsumetur in dubio, vid. gl. 3. l. 53. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.
Et quid si res sit ecclesiæ, vel minoris, & quid si talis res donetur ecclesiæ, vid. ibid. in gl. 3.
VENDITIO PIGNORIS quando fieri potest per creditorem, an tunc fieri possit nulla prius facta denuntiatione debitori, & quid si per pactū a principio hoc fuerit renuntiatum, vid. gl. 2. & 5. l. 4. tit. 11. par. 5.
Venditio pignoris per creditorem, an fieri debeat habita fide de pretio, vel præsentē pecunia, vid. gl. 3. l. 43. tit. 13. par. 5.
VENDERE prohibetur quis extra locum vbi fructū collegit si ibi inest necessitas, vid. gl. 4. l. 15. tit. 1. par. 1.
Vendere suo quo pretio possit priuatus saltem salinarijs a Rege constitutis, vid. gl. 3. l. 11. tit. 28. par. 3.
Vendere compulsus, an cogatur fidem habere de pretio, vid. gl. 4. in fi. l. 46. tit. 28. par. 3.
Vendere an possit vsurarius fructus quos ipse iam ex vsu percepit, & quando, vid. gl. 10. l. 20. tit. 31. par. 3.
Vendere an possint ciues possessiones quas habent in aliquo loco, quando a sibi se conferunt, vid. gl. 4. l. 6. tit. 31. par. 3.
Vendere an possit pater filium suū propter necessitatem famis, & an extra istum casum liceat patribus filios vendere, & quid si hoc aliqua consuetudine iuuetur, vid. gl. 1. l. 8. tit. 17. par. 4.
Vendere an possit pater filium suum presbyterum propter famis necessitatem, vid. gl. 2. l. 8. tit. 17. par. 4.
Et an liceat filio sicuti patri licet, vid. ibid. in d. gl. 2.
Ex tali tamen venditione filius non fuit factus seruus emptoris sed illi seruire obligatus & dando pro se pretium quod ab emptore datum fuit ab hac obligatione liberatur, vid. gl. 1. l. 9. tit. 7. par. 4.
Vendere proprium patrimonium an teneatur filius, vt ex eo pater alimētetur, & quando istud facere teneatur, vide glo. 1. l. 2. titulo. 19. partita quarta.
Vendere partem suam socius, an compellatur quando alius in loco communi ecclesiam construxisset, vid. gl. 2. l. 2. tit. 22. par. 4.

Septem Partitarum.

Vendere compellitur dominus in vno casu quem ponit gl. 3. dist. 1. 2. per textum ibi.

Vendere extra familiam si aliquis fuerit prohibitus, an & tunc vendere possit si requiritur aij de familia illa de uere noliat, vid. gl. 1. col. 1. q. 6. l. 10. n. 1. par. 4.

Vendere prohibitus rem maiore, an pignora possit, vid. gl. 1. col. 4. q. 3. d. 1. 10. tit. 2. 6. par. 4.

Vendere prohibitus bene illud facere potest quando in meliorem causa nihil com uertat, vid. ibid. in col. 4. q. 3. 2.

Vendere res maiore bene potest conditor ipsius, licet in ea venditione illam rem in aij fieri prohibuerit quia illud in successione tantum habet locum, vid. glossam primam. columna. 5. quæst. 47. l. 10. tit. 2. 6. par. 4.

Vendere an & quando quis compellatur rem suam, vid. plures casus per gl. 1. 1. 3. tit. 5. par. 5.

Vendere an compellatur vicinus domum suam religiosus qui non habent locum ad habitandum congruentem, vid. ibid.

Vendere compellitur quis solam suam ad erectionem furcæ, vid. d. gl. 1. in fi. l. 3. tit. 5. par. 5.

Vendere non potest tutor rem minoris sui sine iudicis decreto, & quando sic, & qualiter illud facere possit, vid. glo. 2. cum alijs ibi. l. 4. tit. 5. partita. 5.

Et an possit generaliter obligare res minoris pro obseruantia contractus liciti etiam sine iudicis decreto, vid. d. gl. 2.

Vendere an possit tutor res minoris siue mobiles siue immobiles fuerint, vid. gl. 3. l. 4. tit. 5. par. 5.

Vendere res minoris quando, & ex quibus causis tutor illud facere poterit, vid. gl. 4. & 5. d. 1. 4. & gl. pen. l. 6. tit. 1. 3. par. 3.

Vendere an possit tutor res immobiles minoris pro eius magna utilitate, vel tantum pro debito soluendo, vid. gl. 5. d. 1. 4.

Et quid in ciuitate an pro commodo suo possit suas res immobiles vendere licet debitum non sit, vid. ibid.

Et quando tutor talia bona minoris vendit debet illud facere cum iudicis decreto, & qualis ista causæ cognitio esse debeat, vid. ibid. in glo. 6.

Et an presumatur quod omnes solemnitates interuenerunt ubi apparet iudicis decretum interpositum, vid. ibid.

Vendere an possit iudex res suas in loco illo ubi iurisdictionem habet, & qualiter hoc intelligatur, vid. gl. 9. l. 5. per tex. ibi. titulo quinto. partita quinta.

Et cum res venditur, an in venditione consensus vendentis, & ementis si mal præstari debeat, vi. gl. 1. l. 8. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.

Vendere an possit quis rem incertam ita ut emptio teneat, & quando, vid. de gl. 1. & 2. l. 1. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.

Vendere bene potest quis fructus rei si ex tali re fructus nasci solent, vide ibid. in gl. 3. & 4. per illum tex.

Vendere an possit quis spem quam habet succedendi alicui, & quando sic, & quando talis spes legitima dicatur, vid. glossam. 1. 3. & 4. l. 1. 3. tit. 5. partita. 5.

Vendere an possit ciuitas ea quæ sunt in usu publico, & in omnium commercio, & quando sic de licentia Regi, vel præsidis ciuitatis, vid. glo. 2. l. 5. tit. 5. par. 5.

Et an idem sit dicendum siue ciuitas habuit rem illam quam vendidit titulo donationis vel legati, vel ex alio quocumque tit. vid. ibid.

Vendere potest ciuitas propria ipsius ciuitatis de licentia præsidis si illa non sint in usu publico, vid. d. gl. 2.

Vendere an possit aliquis ius patronatus quod habet cum vniuersitate, & quando talis venditio teneat, vid. gl. 4. & 5. ibidem. & gl. 8. l. 8. tit. 1. 5. partita. 1.

Et an ius patronatus transeat statim quod venditur villa cui adhæret licet aliud non sit dictum, vid. gl. 5. d. 1. 5.

Vendere non potest quis ædibus affixum nisi quando domus minaretur ruinam, vid. gl. 1. cum alijs ibi. l. 16. tit. 5. par. 5.

Vendere non potest quis sibi ipsi rem suam propriam, & qua de causa, vide gl. 1. l. 8. tit. 5. par. 5.

Vendere non debent Christiani arma neque victualia hostibus fidei, & quid tempore pacis, vid. gl. 1. 3. & 4. l. 2. 2. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.

Vendere non debet aliquis rem duobus, & de hoc vid. gl. 1. cum alijs ibi. l. 5. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.

Vendere an possit exactor tributorum res alterius propria ipsius autoritate, & sine iudice, & quid hodie, vid. gl. 2. l. 5. tit. 5. par. 5.

Et quid in syndico villæ vel castri qui tenetur soluere collectam pro omnibus de villa, vel castro suo, vid. ibid.

Et an cum res venditur in casu supra dicto requiratur quod prius fiat subhastatio rei mobilis, vel immobilis, vid. gl. 3. ibid.

Vendere an possit Rex rem alienam siue credat illam esse suam siue sciat eam esse alienam illud faciat de plenitudine potestatis, vel si est res communis inter ipsum Regem, & alium, an venditio teneat, vid. glo. 2. l. 5. ibidem, per illum tex.

Et quid si res aliena sit ecclesie, vel alicuius minoris, & quid si donetur ecclesie talis res aliena, vid. ibid. in gl. 3.

Vendere an possit Rex vel donare rem quam habet communem cum alio siue sit res diuidua, siue indiuidua, siue ex tali venditione ipse Rex perciperet aliquam utilitatem siue non, vid. gl. 7. d. 1. 3.

Vendere potest quis rem quam habet communem cum alio siue res sit mobilis, vel se mouens, vid. gl. 1. l. 5. tit. 5. par. 5.

Vendere debet colonus frumentum, & alios fructus fundi domino potius quam extraneo, vid. d. gl. 1. d. 1. 5. 5.

Vendere si velit dominus proprietatis suam proprietatem, an ususfructuarius tanquam habens partem in illa re possit illam retrahere, vid. ibid. in glo. 2. 3. 1.

Et an istud verbum vendere comprehendat quemcunque alienationem, vid. gl. 4. ibid.

Vendere, an debeat quis rem omnibus suis confortibus quam vni tantum, vid. gl. 5. d. 1. 5. tit. 5. par. 5.

Vendere an teneatur quis eodem pretio curialibus quo, & incolis locorum, vid. gl. 1. l. 27. tit. 8. par. 5.

Vendere cogi non potest quis res suas pretio minus iusto, vid. d. gloss. 1. dictæ. l. 27.

Vendere an possit creditor fructus rei sibi pignoratæ ut compenset in fortem, vid. gl. 4. l. 2. tit. 1. 3. par. 5.

Vendere an possit creditor pignus quod habet habita fide de pretio, vel præsentep ecunia, vid. gl. 3. l. 4. tit. 1. 3. par. 5.

VENDENS. Rem alienam.
Rem ecclesie minoris, vel filci. Rem communem.
Directum dominium.

Rem maioris, vel prohibitam alienari, vel ipsam maiorem, vel rem feudalem.

VENDENS rem pro decem si tibi placet emens debet statim acceptare postea non poterit, vid. gl. 8. l. 6. tit. 1. 1. par. 3.

Vendens agrum dicens ibi esse. 10. iugera si non sint nisi 8. vel sint plura quid tunc agi debeat, vid. gl. 3. l. 56. lit. 1. 8. par. 3.

Vendens rem cum accessionibus suis quid verba ista operentur, vid. glo. 4. l. 56. tit. 1. 8. par. 3.

Vendens ususfructum rei (qui sine accessu per aliquem locum) est in utilitunc etiam si nihil dicatur de accessu venit in venditione, vid. ibid.

Vendens rem aliquam cum omnibus suis iuribus quid verba ista importent, gl. 5. l. 56. supra dict. inferens ad questionem.

Et quid si cum haberem fundum integrum dimidia pars propter guerram fuit mihi occupata, & vendito fundo illo, mihi pars illa sic occupata, & soluta fuit repleta, an venditori, vel emptori accrescat, vid. d. gl. 5. l. 56. tit. 1. 8. par. 3.

Vendens rem specialiter alicui hypothecatam, an committat furtum, vide gl. 9. ad fi. l. 70. tit. 1. 8. par. 3.

Vendens actionem an possit fidem habere de pretio, vid. gl. 4. l. 46. tit. 2. 8. partita. 3.

Et quid in procuratore, vid. ibid.

Vendens cum ad hoc fuerit compulsus, an compellatur fidem habere de pretio, vid. d. glo. 4.

Vendens rem si teneat eam loco pignoris pro pretio, an ex hoc videatur translata possessio, vid. gl. 1. l. 9. tit. 30. par. 3. in fin.

Vendens de permittente testatoris aliquid de bonis ususfructus, an eo finito ipse vel hæres eius teneatur ad pretium rerum alienatarum, vid. gl. 7. l. 20. tit. 31. par. 3.

Vendens rem credens illam integram, & sanam cum ita non sit, an tunc teneatur venditio, vid. gl. 1. l. 4. tit. 5. par. 5.

Vendens rem affixam domui quam poenam habere debeat, vi. gl. 2. l. 16. tit. 5. par. 5.

Vendens arma siue victualia hostibus fidei qualiter puniatur, vid. gl. 1. 3. & 4. l. 2. 2. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.

Vendens vinum vel simile quod degustari solet in genere ad quem periculum pertineat, an ad emptorem, vel venditorem, vid. glo. 1. l. 24. tit. 5. partita. 5.

Vendens vinum in genere, an tunc dicatur venditum in specie, vel ad mensuram, & quid operetur hæc diuersitas, an vno vel alio modo vendatur, vid. gl. 2. d. 1. 24.

Vendens alicui fundum, an post venditionem ad culturam teneatur, & quando, vid. gl. 1. l. 28. tit. 5. par. 5.

Vendens domum, an videatur vendere puteum communem inter duas domos venditam, scilicet, & aliam, vid. ibid. in gl. 3.

Vendens vineam, vel oliuetum, an videatur vendere molendinum pro oleo, vel torcular pro uis quod est in tali re vendita, vid. glo. 3. l. 31. tit. 5. partita. 5.

Vendens rem in ludo, an & quando tenebitur emptori de euictione, vid. gl. 9. l. 36. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.

Index materiarum

- Vendens rem duobus ad quid teneatur, & an venditio teneat, vid. gl. i. cū alijs ibi. l. 5. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.
- Vendens rem pro executione sententiæ vel pro solutione tributi, an ad subhastationem teneatur siue res sit mobilis, siue immobilis, vi. gl. 3. l. 52. tit. 5. par. 5.
- Vendens proprietatem rei quam habet, an tunc usufructuarius tanquā habens partem in illa re possit illam retrahere, vid. glo. 2. quæst. 1. l. 55. tit. 5. par. 5.
- Et quid in usufructuario, vel usufructuario si vendat partem suam, an confors illius iuris admittatur ad retractum, vid. ibid.
- Vendens actionem in quam habet in rem extraneo, an admittantur confortes illius iuris, & actionis ad partem confortis, vid. in dicta quæstione prima, in fine.
- Vendens rem suam fraudulentè, & ut euitet onera, an venditio valeat, vi. gl. 1. l. 59. tit. 5. par. 5.
- Vendens simpliciter nunquam ad euersionem se obligasse videtur imo tacite videtur agere de euersione teneatur, vid. gl. 6. l. 50. titulo. 13. partita quinta.
- Vendens rem duobus committit falsitatem & de ipsius poena, vid. gl. 6. & 7. l. 7. per tex. ibi. tit. 7. par. 7.
- Et cui traderet teneatur si nondum nemini dedit, vide glossam octauam ibi.
- Vendens venenum, an debeat poena mortis puniri, & quando, vid. gl. 2. cum alijs ibi. l. 7. per tex. ibi. tit. 8. par. 7.
- VENDENS REM ECCLESIAE** minoris, vel fisci, vel si cum sit creditor vendit pignus, an possit fidem habere de pretio, vid. gl. 4. l. 46. tit. 8. par. 3.
- VENDENS REM MAIORIAE** vel prohibitam alienari, vel ipsam maioriam, vel rem feudalem.
- Vendens rem maioriam suam cum Regis facultate, an talis venditio teneat si postea detegatur illum non esse verum maioriam possessorem sed alium, vid. gl. 1. col. 1. q. 4. l. 10. tit. 26. par. 4.
- Vendens rem maioriam prohibitam alienari in illum qui de proximo in tota maioriam succedere speratur si emens pretium soluat, an illud repetat, vel si non soluat possit se aliqua exceptione tueri, vid. gl. 1. col. 2. q. 7. l. 10. tit. 26. par. 4.
- Vendens rem maioriam de licentia Regis, & de consensu filij qui in maioriam successurus erat, an pretium illius rei venditæ ad filium debeat pertinere, & in aliam rem conuerti, & quando non, & quid in dubio, vide d. gl. 1. col. 2. q. 8.
- Vendens rem maioriam ut debita testatoris soluaatur, an incidat in poenam alienantium res maioriam, vid. in d. gl. 1. col. 2. q. 11.
- Vendens rem maioriam illi qui de proximo speratur in maioriam succedere, an talis vendens in poenam incidat si ab eo pretium recepit, vi. gl. 1. col. 2. q. 12. l. 10. tit. 26. par. 4.
- Et quid si alienatio ex alia causa non tenuit, an alienans adhuc in poenam incidat, vid. ibid. in q. 13. d. gl. 1. col. 2.
- Et quid si alienans sit prioris confors, an in eandem poenam incidat si alienauerit, vid. ibid. in q. 15.
- Et quid si non alienet sed consentiat alium esse in ipsius possessione, vid. ibid. in q. 16.
- Vendens rem minimam maioriam, an per hoc in poenam incidat, vid. gl. 1. col. 3. q. 22. l. 10. tit. 26. par. 4.
- Et an venditioni rei maioriam consentiens cum esset proximior ad succedendum sibi in hoc aliquid præiudicet, & an huic poenæ locus sit ante rei traditionem, vel post, vid. ibid. col. 3. in fi. q. 29.
- Et an idem sit si remotior vocatus alienationi contentiret, & postea proximior consenserit an & quando ex tali consensu remotiori aliquid præiudicium generetur, vid. ibid. in q. 39.
- Vendens rem maioriam propter famem an in poenam incidat, vide ibid. in column. quarta. quæstio. 30.
- Vendens rem prohibitam alienari ut meliorem emat propter hoc in poenam non incidit, vide ibidem in quæstione. 32.
- Vendens rem maioriam an in poenam alienantis rem prohibitam incidat si in maioriam constitutione tantum permutatio sit prohibita, vide ibidem in quæstione trigesima quarta.
- Vendens maioriam, vel in hoc consentiens, an pretium petere possit, & quando sic, vel non, vid. ibid. in q. 47.
- Vendens rem feudalem sine consensu domini non tenetur illam præcisere tradere, vid. gl. 1. ad fi. l. 19. tit. 5. par. 5.
- VENDENS REM ALIENAM** sciens, an venditio teneat, & an teneatur rem tradere, & quando, vid. gl. 1. l. 19. tit. 5. par. 5.
- Vendens rem alienam dicendo illam esse sempronij tunc non videtur vendita nomine vendentis sed procuratoris, vid. ibid.
- VENDENS REM COMMVNEM** si venditor sit Rex, an & quando teneatur venditionem facere possit, vid. gl. 7. l. 53. tit. 5. par. 5.
- Vendens rem communem, an potius teneatur illam omnibus confortibus vendere quam vni tantum, & ex eis, & quare, vi. gl. 5. l. 55. tit. 5. par. 5.
- VENDENS SVVM DIRECTVM** dominium quod habet in re, an ibidem habens vtile dominium admittatur ad retractandum, vi. gl. 2. q. 2. l. 55. tit. 5. par. 5.
- Vendens suum directum dominium, an prius debeat emphyteotam requirere, an ipse velit habere æquali pretio, vid. ibid. in d. q. 2.
- VENDITOR.** Sub pacto adiectionis in diem, vel legis commissoria. Deceptus vltra dimidiam. Rei alienæ.
- Castri, villæ, vel ciuitatis.
- Tenetur de euersione.
- An teneatur de periculo.
- Venditor tenetur emptoris forum sequi, vid. gl. 1. l. 57. titulo sexto. partita prima.
- Venditor & qui exprimens sub inuolucro, & generalitate verborum vitium equi an liberetur, vid. gl. 1. l. 45. tit. 18. par. 3.
- Venditor agri dicens ibi esse ceterum iugera cum sint 20. vel 9. tantum an teneatur aliquid restituere si minus ibidem inueniatur, vel petere plus si maius, & quid in donatione, & quid si diuersa sit mensura, vid. gl. 3. l. 56. tit. 18. par. 3.
- Et quid si vendat rem cum eius accessibus quid verba ista importent, vid. gl. 4. l. 56. tit. 18. par. 3.
- Venditor an teneatur emptori reficere expensas etiam quando obtinuit in lite si promissit illam saluam facere, vid. gl. 10. d. l. 56.
- Venditor si tempore venditionis nihil fuit dictum, an videatur rem venditam liberam tradere, & vendere, vid. gl. 1. l. 56. tit. 18. par. 3.
- Venditor qui cum omnibus vitijs suis si sciebat vitium, & non dixit an teneatur, vid. gl. 3. l. 65. tit. 18. par. 3.
- Et quid si per industriam venditoris renuntiasset emptor actiones sibi competentes, vid. gl. 5. ibid.
- Venditor rei specialiter pro debito hypothecata committit furtum secus si generaliter hypothecata sit, vid. gl. 9. l. 70. tit. 18. par. 3.
- Venditor tradens rem emptori sub nomine pretij non transfert in eum dominium pretio non soluto, vid. gl. 2. l. 46. tit. 28. par. 3.
- Et quid si habuerit fidem de pretio ad certum terminum, & in eo sibi non soluatur, an rem vindicare possit, vid. gl. 3. ibid.
- Venditor rem tradendo in dubio videtur habuisse fidem de pretio, vide gl. 4. l. 46. tit. 28. par. 3.
- Venditor qui per vim ad hoc fuit compulsus, an compellatur fidem habere de pretio, vid. gl. 4. ad fi. l. 46. tit. 28. par. 3.
- Venditor qui confessus fuit se recepisse pretium si postea appareat instrumentum promissionis pretij quid tunc, vid. d. gl. 4. in fi.
- Venditor habens malam fidem in re vendita facit, ut ab emptore præferri bi non possit minori tempore quam 30. annorum, vid. gl. 1. l. 19. tit. 29. partita 3.
- Venditor rei in maiori pretio quam res valet, an ad pretij restitutionem teneatur, vid. gl. 3. l. 16. per textum ibi. titulo. 11. par. 4. & gloss. l. 56. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.
- Venditor si per instrumentum confiteatur se recepisse pretium si illud non declaret, an valeat confessio, vid. glossam. l. 1. titulo quinto. partita quinta.
- Et an idem erit si testes ita deponerent contra venditorem, vel contra alium tertium, vid. ibid.
- Venditor si confiteatur se vendidisse iusto pretio rem aliquam si pretium non declaret, an teneat venditio, vid. ibid.
- Et an isto casu detur actio præscriptis verbis si emptor vel locator fructus est re, & an tunc succedat arbitrium boni viri in declarando pretium ex qualitate rei, vid. ibid.
- Venditor qui pro re vendita arram recepit si postea nolit rem vendere, & perdat arram, an venditio tunc teneat, vel non, vid. gl. 1. l. 7. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.
- Et an emptor possit & tunc agere ad interesse contra venditorem, vide dictam glo. 1.
- Venditor præcisere tenetur ad tradendum si habet facultatem rei tradendæ estque perfectæ venditio, vid. gl. 4. l. 7. tit. 5. par. 5.
- Venditor & emptor an simul consentire debeat & quando possint ex interuallo, vid. gl. 1. l. 8. per tex. ibi. tit. 5. par. 5.
- Et an possit conuenire ut pro re pretium detur quod aliquis tertius nominauerit, & quid si nominando legat, vid. ibidem in glossa tertia, quarta & quinta.
- Et quid si tertius iste moriatur vel aliquis ex contrahentibus vel bona venditoris ante declarationem arbitri confiscentur, vid. gl. 6. ibid.
- Venditor si tempore venditionis rei ipse, & emptor sciebant rem quam emebant esse destructam, an venditio teneat licet venditor tempore venditionis illud non dixisset, vid. gl. 9. l. 4. tit. 5. par. 5.
- Venditor si propter rem venditam sit conuictus poenam non ex ipsa re sed ex contemptu commodum quod ex eo procedit accretat emptori, vel venditori, vid. gl. 7. l. 23. tit. 5. par. 5.
- Venditor an possit iterum vendere quando emptor non vult venire ad degustandum, vel mensurandum, & an istud sibi permittatur fieri ad sui

Septem Partitarum.

- fui commodum vel ad minus incommodum emptoris non venientis. vide glo. 6. l. 24. tit. 5. par. 5.
- Et an contractus inter eos gelus adhuc duret ipso emptore non veniente vel pro dissoluto habeatur. vide ibidem.
- Venditor quibus concurrentibus possit rem venditā effundere & perdere emptore non veniente ad diem constitutum. vide gl. 8. d. l. 24.
- Et quid si res empta ante mensurationem augetur ita quod plus valeat quam tempore venditionis an augmentum illud ad emptorem pertineat vel ad venditorem. vide ibidem in glo. 11.
- Et an lucrum vel damnum pertineat ad venditorem quā res venditur sine mensura & pondere. vide gl. 1. & 2. l. 25. per tex. ibi tit. 5. par. 5.
- Et quid si res vendatur sub conditione an damnum vel lacrum quod ei accrescit ad emptorem pertineat. vide gl. 1. l. 26. per illū tex. tit. 5. p. 5.
- Venditor an teneatur ad traditionem rei si sibi prius non offeratur pretium. vide glo. 1. l. 27. tit. 5. par. 5.
- Venditor quando constituatur in mora ex parte emptoris non tradendo rem venditam. vide gl. 2. d. l. 27.
- Et quid fiet quando ipsi non confidunt de se. vi. in. d. gl. 2. d. l. 27.
- Venditor ante pretij numerationem si rem tradat emptori sub pacto, ut ad eum dominium non transeat donec pretium soluat an illud pactū teneat. vide glo. 1. l. 28. tit. 5. par. 5.
- Venditor an teneatur colere fundum iam alteri venditum & sic ipse ad culturam teneatur. vide. d. gl. 1. d. l. 28.
- Venditor tenetur restituere fructus quos percepit ex re vendita antequā illam traderet. vide gl. 2. d. l. 28. tit. 5. par. 5.
- Et quid in puteo communi domus scilicet empta & alia an empta domo videatur emptus puteus communis. vide gl. 3. ibidem.
- Venditor si in vinea vendita habeat torcularē vel in oliueto molendinum pro oleo an vinea vel oliueto vendito videatur venditum molendinum vel torcular & quando. vide gl. 3. l. 31. tit. 5. par. 5.
- Venditor an possit opponere contra emptorem quod sibi non denūtiavit quod super re vendita inquietabatur quando ipse erat absens vel constabat quod sibi non intererat denuntiationem fieri eo quod res notorie constabat esse alienam. vide gl. 4. l. 32. tit. 5. par. 5. in prin.
- Et an emptor possit rem restituere non expectata sententia quā constat illam non esse venditoris. vide ibid. in glo. 4. col. 2.
- Et an sufficiat denuntiari principali licet non denuntietur fideiussori. vide. d. gl. 4. col. 2. in qua est.
- Venditor qualiter requiri debeat per emptorem qui in re empta inquietatur. vide ibid. in qua est. 7.
- Venditor qui emptorem non defendit tenetur ad sumptus litis & ad interesse & alia damna. vide gl. 6. & 7. per tex. ibi. d. l. 32.
- Venditor qui emptorem non defendit ad duplam non tenetur si a principio non se obligavit. vide ibid. in gl. 8. per illum tex.
- Venditor quando emptori res euincitur an teneatur inuitus illam defendere si nolit quando in instrumento nihil dictum fuit. vide glo. 2. l. 33. tit. 5. par. 5.
- Venditor potest assumere defensionem rei venditæ inuito actore. vide glo. 3. l. 33. tit. 5. par. 5.
- Et an illam defendere debeat in foro emptoris vel venditoris. vide ibid.
- Venditor quando assumit defensionem rei suæ qualiter se habere debeat, & an admittatur animo nouandi. vide ibidem.
- Et quid si persona emptoris sit legator, & actor dicat interesse sua cum eo potius quam cum venditore litigare an audiatur. vide ibidem.
- Venditor si nolit rem defendere tunc emptor illa facere tenetur, quia alias etiam si denuntiasset non ageret de euictione. vide glo. 4. d. l. 33. tit. 5. par. 5.
- Venditor tenetur testes & instrumenta emptori defendenti causam dare. vide gl. 5. d. l. 33.
- Venditor hæreditatis tenetur si tota hæreditas vel dimidia pars euincatur sed non de euictione rei singularis. vi. gl. 2. p. tex. ibi. l. 34. tit. 5. par. 5.
- Venditor an possit appellare emptorem damnato ex contumacia, & quando sic. vide gl. 6. in fi. l. 36. tit. 5. par. 5.
- Venditor si tempore sententiæ non sit præsens, & emptor sic, an emptor appellare teneatur. vid. gl. 8. l. 36. tit. 5. par. 5.
